



Per.  
Lat  
020

LATIN IFJÚSÁGI FOLYÓIRAT. LATEINISCHE JUGENDZEITSCHRIFT. REVUE LATINE DE LA JEUNESSE.

Administrator, ad quem pecuniae dirigantur: ALEXANDER REGÉNYI, Budapest, VII., Bacsay-u. 5. (tel: 142-215).

Moderator, ad quem manuscripta mittantur: I. WAGNER DR. Budapest, XI., Lágymányosi-utca 20. (telefon: 268-634).

Prodit Budapestini quotannis decies. Pretium subnotationis an. 1936-37. in Hungaria 3 pengoe, extra Hungariam 4 pengoe. Gyrus aerarii comparsorum postalis in Hungaria: 57.292, in Austria: A-37.880. Subnotatores earum gentium, unde simplex pecuniarum transmissio impeditur, utantur schidulis «Coupon réponse international» appellatis, quarum si quis decem in epistola ad administratorem mittit, pretium annum solvit. Quinis exemplaribus sextum gratuito additur.

## Albertus Szent-Györgyi.

Institutum medicinale de Carolina nominatum Holmiae<sup>1</sup> praemium Nobelianum Alberto Szent-Györgyi, professori universitatis Szegediensis adjudicavit. Lux illa mirifica gloriae, quae ex Urbe Sueciae<sup>2</sup> emanans irradiavit maximi atque acerrimi ingenii professorem Hungaricum: incredibili gaudio et quadam nobili superbia affectit nos, Hungaros, ad unum omnes.

Vir ille doctissimus et illustrissimus Budapestini anno 1893. natus est. Pater eius — Emericus Szent-Györgyi — gerendarius<sup>3</sup> a secretis<sup>3</sup> publicis<sup>3</sup> et senatūs<sup>4</sup> praeses Curiae<sup>4</sup> Regiae<sup>4</sup> erat; mater autem eius, Iosepha Lenhossék, filia erat professoris Lenhossék, qui in facultate medicinali universitatis Budapestinensis optime meruit. Ergo in familiis, a quibus professor Szent-Györgyi originem ducit, iam diu inerat scintilla<sup>5</sup> divina ingenii.

Professor Szent-Györgyi diplomate medicinae acquisito in variis universitatibus Europae et Americae investigationibus<sup>6</sup> scientificis operam navabat. Iam in America contigit ei vitaminum C producere ex glandulis<sup>7</sup> adrenalibus,<sup>7</sup> sed quantitas huius vitamini producti erat minima, sumptus autem productionis maximus. Vir doctissimus ad discrimen<sup>8</sup> vitae ac fortunae tum advenit, cum medicinalis facultas universitatis Szegediensis eum in universitatem professorem invitavit. Nam hic, in urbe Szeged, primum pervenit dulce capsicum<sup>9</sup> Szegediense, et fors hic obtulit ei occasionem inventionis.



Aliquando enim professor Szent-Györgyi, cum ad epulas vespertinas nihil capsici accepisset, incredibili cupiditate capsici incensus est. Quae res ingenium eius sollertissimum ad hanc cogitationem adduxit: Fortasse hanc ob causam tantā cupiditate capsici ex crucior, quod capsicum dulce Szegediense vitaminum C continet. — Et re vera: nam sua arte et viā brevi tempore contigit ei ex capsico Szegediensi tantam vim vitamini C producere, quantam ne ipse quidem sperare ausus est.

At professor Szent-Györgyi praemium Nobelianum non pro hac unā inventionione accepit; scriptum enim, quo is certior factus est praemium Nobelianum sibi adjudicatum esse, clare et distincte haec dicit: Collegium virorum praemiis Nobelianis adjudicandis respexit «cunctas investigationes, quae ad processus ardendi in corpore procedentes pertinent; imprimis autem eas, quae ad vitaminum C et ad catalysim acidi<sup>10</sup> fumarici<sup>10</sup> pertinent».


Professor illustrissimus in Sueciam proficiscetur, ut gratias agat.

<sup>1</sup> Stockholm    <sup>2</sup> Svédország = Schweden = Suède    <sup>3</sup> államtitkár = Staatssekretär = secrétaire d'Etat  
<sup>4</sup> kúriai tanácselnök = Senatspräsident des obersten Appellationsgerichtes = président de la cour de cassation  
<sup>5</sup> szikra = Funke = étincelle    <sup>6</sup> kutatás = Forschung = recherches    <sup>7</sup> mellékvese = Nebenniere = capsule surrénale    <sup>8</sup> fordulópon = Wendepunkt = tournant    <sup>9</sup> paprika = Paprika = priment    <sup>10</sup> fűmársav = Fumarsäure = acide fumarique

pro praemio honorificentissimo. Nos, Hungari, Nos-trati<sup>11</sup> abeunti his verbis valedicimus: «I. decus, i nostrum!»

*Alezius Czuppon* gymn. prof. Miskolciensis.

<sup>11</sup> honfitárs = Landsmann = compatriote



## LECTORIBUS MINIMIS.

**Emericus narrat**

primam hōram geographicam et Latinam.

Faciā promissum:<sup>1</sup> narrābo primam hōram Latīnam. Pridiē Nōnās Septembrēs<sup>2</sup> suāve<sup>3</sup>fuit ipsū<sup>4</sup> initium<sup>5</sup> diei. Latīnam hōram praecessit<sup>6</sup> hōra geographicā. Dominus professor in cinēma<sup>7</sup> scho-lae nōs trādūxit, ibique complūrēs pelliculās<sup>8</sup> devolvit.<sup>9</sup> Primō Cumāniam,<sup>10</sup> Magnae Planitiei Hungaricae partem, vidimus: permagnos gregēs equōrum boumque et ovium, pastoresque gregum: equārium<sup>11</sup> cum flagello<sup>12</sup> et cum pipā<sup>13</sup> fumatōriā,<sup>13</sup> bubulcumque<sup>14</sup> cum fistulā<sup>15</sup> et cum canibus, gnāris<sup>16</sup> boum custōdibus, et opiliōnem<sup>17</sup> in tergo<sup>18</sup> asini. Verbis Alexandri Petőfi inscriptum erat: Asini in tergo — sedet opilio, — terram tangit pede — ille longūrio... Deinde suēs<sup>19</sup> vidimus. Alter grex suillus<sup>20</sup> sub quercubus<sup>21</sup> glandes<sup>22</sup> mandēbat,<sup>23</sup> alter grex squālidus<sup>24</sup> et lutulentus<sup>25</sup> circā palūdem<sup>26</sup> rostro<sup>27</sup> terram fodiēbat et in lūtō<sup>28</sup> huc-illuc se volutābat. Porci<sup>29</sup> ante suile<sup>30</sup> cocta<sup>31</sup> solāni<sup>31</sup> tubera<sup>31</sup> edēbant. In ripā palūdis rānae<sup>32</sup> sedēbant. Omnium pulcherrima imāgo<sup>33</sup> fuit seges<sup>34</sup> venti flātū fluctuans.<sup>35</sup> Mox inter Drāvum et Danu-vium in Transdanuviānō lacū Pelsōne, — nostro sermōne Balaton vocātō, — speciōsum<sup>36</sup> certāmen<sup>37</sup> vëlōrum<sup>37</sup> ante oculos nōbis cinēma proposuit. Postrēmo iocōsam<sup>38</sup> dēlin eatōriam<sup>39</sup> pelliculam<sup>39</sup> spectāvimus. Intereā discus<sup>40</sup> grammophōnī<sup>40</sup> rem ita explicāvit: 1. Vēnit hērus de agro, currit ob-viam Caro (canis). Mulcet<sup>41</sup> canem dominus, caudam<sup>42</sup> movet<sup>42</sup> catulus, lambit heri<sup>43</sup> digitos, pede pulsat<sup>44</sup> humeros, blandus herum allatrat,<sup>45</sup> Marcipānem<sup>46</sup> dēvorat.<sup>46</sup> 2. Videt canem asinus: «Faciā, quod catulus; herus et mē diliget, cōmiter<sup>47</sup> et mē alet».<sup>47</sup> Rūdit,<sup>48</sup> lambit, caudam movet; salit,<sup>49</sup> sicut canis solet... Herus stultum verberat,<sup>50</sup> sitī-fāmē cruciat<sup>51</sup>... O calamitōse<sup>52</sup> aselle! Quod licet Jovī, nōn licet bōvi. Quod licet catulo, nōn licet asino. Duo si faciunt idem, nōn est idem.

*Des. Dezséry* (Budapestinensis).

(Continuabitur.)

<sup>1</sup> igéret = das Versprechen = promesse <sup>2</sup> szept. 4-én = am 4. Sept. = le 4 sept. <sup>3</sup> kedves = lieblich = agréable <sup>4</sup> már (maga) = schon (selbst) = déjà <sup>5</sup> kezdet = der Beginn = début <sup>6</sup> megelőzte = ging ihr voran = précéder <sup>7</sup> mozi = Kino = cinéma <sup>8</sup> film- (szalag) = der Film = film <sup>9</sup> leperget = abrollen = dérouler <sup>10</sup> Kunság = Kumanien, ein Teil der ungarischen Tiefebene = Comanie, une partie de l'Alfoeld <sup>11</sup> csi-

kós = der Robhirt = gardien de chevaux <sup>12</sup> ostor = die Peitsche = fouet <sup>13</sup> pipa = die Tabakpfeife = pipe <sup>14</sup> csordás, gulyás = der Kuhhirt = bouvier <sup>15</sup> furulya = Querpfeife = fifre <sup>16</sup> értelmes = kundig = intelligent <sup>17</sup> juhász = der Schäfer = berger <sup>18</sup> a hát = der Rücken = dos <sup>19</sup> sertés = das Schwein = porc <sup>20</sup> disznókonda = Schweineherde = troupeau de porcs <sup>21</sup> tölgyfa = die Eiche = chêne <sup>22</sup> makk = die Eichel = gland <sup>23</sup> ro-pogtat = knacken, essen = croquer <sup>24</sup> maszatos = schmutzig = sale, crasseux <sup>25</sup> sáros = voll Kot = boue, vase <sup>26</sup> mocsár = Sumpf = marais <sup>27</sup> orr, ormány = der Rüssel = groin <sup>28</sup> sár = Kot = boue <sup>29</sup> malac = Spanferkel = porcelet <sup>30</sup> disznóól = Schweinestall = porcherie <sup>31</sup> főtt burgonya = gekochte Erdäpfel = pommes de terre cuites <sup>32</sup> béka = Frosch = grenouille <sup>33</sup> kép = Bild = vue <sup>34</sup> vetés = die Saat = champ de blé <sup>35</sup> hullámzó = wogend = ondulant <sup>36</sup> festői = malerisch schön = pittoresque <sup>37</sup> vitorlásverseny = Segelbootwett-kampf = cours de voiles, régate de voiliers <sup>38</sup> mulatsá-gos = ergötlich = amusant <sup>39</sup> rajzfilm = Zeichenfilm = dessins animés <sup>40</sup> hangmez = Schallplatte = disque de gramophone <sup>41</sup> simogatja = er streichelt ihn = il le caresse <sup>42</sup> farkát csóválja = er wedelt mit dem Schwanze = remuer la queue <sup>43</sup> herus = dominus <sup>44</sup> vereget, pas-kol = klopfen = frapper, tapoter <sup>45</sup> megugatja = an-bellen = saluer avec des aboiements de joie <sup>46</sup> a mar-cipánt lenyeli = verschlingt den Marzipan = avale le masse-pain <sup>47</sup> jószívvel jöltart = leutselig wohl-er-nähren = nourrir généreusement <sup>48</sup> ordít = schreit = braire <sup>49</sup> ugrál = springt herum = sautiller <sup>50</sup> el-páholja = prügelt = rosser <sup>51</sup> gyötri = peinigen = tour-menter <sup>52</sup> szerencsétlen flótás = Pechvogel = pauvre bougre

## Dicta Széchenyiana.

1. Quid est morbus<sup>1</sup> Hungaricus? Stephanus Széchenyi cum cancellario Metternich collocutus<sup>2</sup> est et Metternich morbum Hungaricum commemoravit. «Quid est morbus Hungaricus?» interrogavit Széchenyi. «Aut insignia<sup>3</sup> ordinis,<sup>3</sup> aut titulos petunt» respondit ille.

2. Széchenyi et Deák colloquuntur. *Széchenyi*: «Nescio, meum iam caput ubi sit». — *Deák*: «Facile est hoc invenire,<sup>4</sup> quia tuum caput semper suo loco est.»

3. «Omnia perficere possumus»<sup>5</sup> Tempore Stephani Széchenyi Hungari pauca perficere potuerunt. Tum Széchenyi: «Omnia — ait — perficere possumus, si sapientes placidique sumus, si vivere possumus, si diu vivimus, si iugemus<sup>6</sup> et solvimus».

*Emericus Szántó* disc. gymn. Keszthelyensis.

<sup>1</sup> betegség = Krankheit = maladie <sup>2</sup> beszélgetni = sprechen = causer <sup>3</sup> rendjel = Orden = décoration, les insignes d'un ordre <sup>4</sup> megtalálni = finden = trouver <sup>5</sup> képesek vagyunk, tudunk = wir können = nous pouvons <sup>6</sup> sürgetni = drängen = faire accélérer le travail

**Fabula de escarum<sup>1</sup> fumo.** Fuit olim scurra,<sup>2</sup> Tribulus nomine, in aula<sup>2</sup> regis<sup>2</sup> prudentissimus, quo arbitro<sup>3</sup> cives saepe et peregrini utebantur. Cum rusticus in via, poste<sup>4</sup> cauponulae nixus,<sup>5</sup> ingentes domestici panis quadras<sup>6</sup> nidore<sup>7</sup> conditas<sup>8</sup> devo-


<sup>1</sup> ciborum <sup>2</sup> udvari bolond = Hofnarr = bouffon de la cour <sup>3</sup> bíró = Richter = juge <sup>4</sup> ajtófélla = Türposten = montant de porte <sup>5</sup> támaszkodni = sich an-lehnen = s'appuyer <sup>6</sup> karéj = Schnitt, Stückchen = morceau, tranche <sup>7</sup> konyhaszag = Küchendunst = odeur de cuisine <sup>8</sup> fűszerezett = gewürzt = épicé



11. *Magister*: Scitis, pueruli, quid sit speculum?<sup>10</sup>  
*Pueri*: Nescimus! — *Magister*: Ergo, tu nebulo,  
 quid aspicias, si vis scire, purus-ne sis? — *Nebulo*:  
 Mantele,<sup>11</sup> domine magister.

R. Elmer disc. gymn. Acad. Budap.

<sup>10</sup> tükör = Spiegel = miroir <sup>11</sup> törülköző = Handtuch  
 = serviette, linge de toilette



## LECTORIBUS MEDIIS

### De Augusto Principe.

Scriptis: *Guilelmus Marczis*, prof. Rákócziáni. Buda-  
 pestinensis.

A. d. IX. Kal. Oct. huius anni bimillennium  
 diei natalis J. Caesaris Octaviani Augusti, primi  
 Romanorum principis, celebrabatur. Hoc nomen  
 nobis iam abecedariis haud fuit ignotum. Ipsa  
 quoque Scriptura Sacra id divulgavit:<sup>1</sup> «Exiit  
 edictum a Caesare Augusto, ut describeretur<sup>2</sup>  
 universus orbis». (Luc. 2. 1.) Permulta de Augusto  
 imperatore excellentissimo et viro<sup>3</sup> civitatis<sup>3</sup> regen-  
 dae<sup>3</sup> peritissimo magnoque litterarum et artium  
 fautore in scholā discimus. Itaque in opusculo meo  
 Augustum tantum hominem, civem Romanum  
 curas<sup>4</sup> rei publicae nonnunquam dimittentem<sup>4</sup>  
 seque<sup>5</sup> in vita cotidiana suavem et hilarem iocum-  
 sumque praebentem<sup>5</sup> describere experior. Hic  
 narratiunculas (vulgo: res anecdotas) nonnullas  
 a Macrobio collectas, quibus mens<sup>6</sup> magni Caesa-  
 ris maxime illustrantur, edimus.

1. Cum ab eo S. Pacuvius Taurus aedilis con-  
 giarium<sup>7</sup> peteret diceretque iam homines vulgo  
 loqui non parvam sibi pecuniam ab Augusto datam  
 esse, Caesar ait: «Sed tu noli credere».

2. Urbanitas<sup>8</sup> Augusti in hāc fabella cernitur:  
 Juvenis quidam, nomine Herennius, nimium vitiiis<sup>9</sup>  
 deditus<sup>9</sup> est. Propterea eum Caesar castris excedere  
 iussit. Ille supplex hac deprecatione<sup>10</sup> utebatur:<sup>10</sup>  
 «Quo modo ad patrias sedes<sup>11</sup> revertar? Quid patri  
 meo dicam?» Caesar respondit: «Dic me tibi dis-  
 plicuisse».

3. Persaepe ex facietis quoque acerbis volup-  
 tatem<sup>12</sup> percepit.<sup>12</sup> Miles quidam nimium opera sua  
 iactabat.<sup>13</sup> Saxo in expeditione percussus ac nota-  
 bili cicatrice<sup>14</sup> in fronte deformem sic leniter casti-  
 gavit:<sup>15</sup> «At tu, cum fugies, nunquam post te  
 respexeris».

4. Mentem Augusti facietiarum<sup>16</sup> studiosam<sup>16</sup>  
 sequentia quoque pulcherrima illustrant. Cum  
 quidam Vettius monumentum<sup>17</sup> patris exarasset,  
 Augustus ait: «Hoc est vere monumentum patris  
 colere».

5. Vatinius podagrā<sup>18</sup> contusus<sup>18</sup> est. Hoc tamen  
 vitium iam discussisse<sup>19</sup> videri volebat et mille  
 passus se ambulare gloriabatur. Cui Caesar: «Non  
 miror, inquit, nam dies aliquanto sunt longiores».

<sup>1</sup> elterjeszteni = verbreiten = rendre notoire <sup>2</sup> össze-  
 írni = zusammenschreiben = relever par écrit <sup>3</sup> állam-  
 férfi = Staatsmann = homme d'Etat <sup>4</sup> gondot félretenni  
 = sich der Sorge entschlagen = se débarrasser des soucis  
<sup>5</sup> mutatkozni = erscheinen = se montrer <sup>6</sup> lelkület =  
 Gesinnung = disposition d'esprit <sup>7</sup> jutalom-ajándék =  
 Lohn Geschenk = gratification <sup>8</sup> úri modor = feine Man-  
 nier = urbanité <sup>9</sup> bűnbe merülni = in Laster versun-  
 ken = sombrer dans les vices <sup>10</sup> könyörögni = flehen =  
 supplier <sup>11</sup> ház = Haus = maison <sup>12</sup> örömet leli  
 vlmiben = ein Vergnügen an etwas finden = trouver du  
 plaisir dans qqch. <sup>13</sup> kérkedni = prahlen = vanter  
<sup>14</sup> sebhely = Narbe = cicatrice <sup>15</sup> megdorgálni = züch-  
 tigen = réprimander <sup>16</sup> élcelődő hajlam = für Witz  
 empfänglich = penchant pour plaisanter <sup>17</sup> sepulcrum  
<sup>18</sup> köszvényes = gichtkrank = goutteux <sup>19</sup> elűzni = ver-  
 treiben = chasser



*Apotheosis Augusti.*

Camea antiqua 30 cm alta, 26 cm lata (Cabinet de  
 France). Supra Augustus ab Amore ductus Pegaso equo  
 vehitur, filius Aeneas (seu Julius) phrygio vestitu indutus  
 globum in manibus tenet. Caesar pontifex Maximus capite  
 velato, corona radiata ornatus sceptrum tenet, ab laeva  
 Drusus maior coronatus scutum tenet. In medio familia  
 Caesarum a. 19.: Tiberius lauro coronatus sceptrum  
 Jovis tenet, apud quem Livia Cereri assimilata sedet.  
 Ante Liviam Armenia devicta sedet. Pone Liviam Drusus  
 iunior uxori Livillae manu ostendit, quomodo Augustus  
 apud Caesarem recipiatur. Ab laeva stat Antonia cum  
 filio Germanico, post quem uxor Agrippina filiusque Gaius  
 iunior cernuntur. Infra Germani capti aliique captivi  
 orientales victorias Germanici Drusique significant.

6. Bona omnia cuiusdam equitis Romani propter magnitudinem aeris<sup>20</sup> alieni<sup>20</sup> ducentiās<sup>21</sup> excedentem, quā ille, dum vixit, demersus est, in<sup>22</sup> auctio- nem<sup>22</sup> deducta<sup>22</sup> sunt. Augustus de hāc rē certior<sup>23</sup> factus<sup>23</sup> in auctione culcitam<sup>24</sup> eius cubicularem<sup>24</sup> sibi emi iussit et hanc mirantibus rationem<sup>25</sup> reddidit: <sup>25</sup> «Habenda est ad somnum culcita, in quā ille, cum tantum deberet,<sup>26</sup> dormire potuit».

7. Semper ei<sup>27</sup> sinceritas probata<sup>27</sup> est. Veteranus, cum die<sup>28</sup> sibi dicto<sup>28</sup> periclitaretur,<sup>29</sup> in publico ad Caesarem accessit, eumque rogavit, ut sibi ad- set. Augustus sine morā advocatum e comitatu suo elegerat et ei litigatorem<sup>30</sup> commendavit. Veteranus ingenti voce exclamavit: «At non ego, Caesar, periclitante te Actiaco bello vicarium<sup>31</sup> quaesivi, sed pro te ipse pugnavi». Postea cicatrices suas impressas detexit. Caesar erubuit venitque<sup>32</sup> statim in advocatorem<sup>32</sup>, ut qui vereretur non superbus tantum, sed etiam ingratus videri.

(Finis sequetur.)

<sup>20</sup> adósság = Schuld = dettes <sup>21</sup> centena milia (= 20,000.000) sestertiorum <sup>22</sup> elárvezni = versteigern = vendre aux enchères <sup>23</sup> értesülni = Kenntnis von etw. erhalten = apprendre, être informé <sup>24</sup> derék- alj = Matratze = matelas <sup>25</sup> megokol = begründen = donner une explication <sup>26</sup> tartozni = schuldig sein = devoir <sup>27</sup> kedvelni = Gefallen an etwas haben = aimer <sup>28</sup> bíróság elé idézni = vor Gericht laden = assigner en justice <sup>29</sup> szorult helyzetben lenni = in der Klemme sein = être dans la détresse <sup>30</sup> ügyvéd = Advokat = avocat <sup>31</sup> helyettes = Stellvertreter = remplaçant <sup>32</sup> elment jogvédelmet nyújtani = ging als Rechtsbeistand mit = prendre la défense.

## Caesarem a Cicerone hospita- liter exceptum fuisse. (3)

Ad fabulam *Th. Birtii* latine libere tradidit *Aemilius Láng* O. Praem. Keszthelyensis.

Tiro tacite subridens vultu tristi patronum suspexit, sed dicto citius iterum fasciculis epistularum pulverulentis totum se abdidit.<sup>28</sup> Namque ille magnam litterarum multitudinem missarum allatarumque digessit.<sup>29</sup> Cicero ad librarios conversus sic statim incepit: «Tantus est innatus in nobis cognitionis amor at scientiae, ut nemo dubitare possit, quin ad eas res hominum natura, nullo<sup>30</sup> emolumento<sup>30</sup> invitata,<sup>30</sup> rapiatur. Videmusne, ut pueri ne verberibus quidem a contemplandis rebus perquirendisque deterreantur? ut pulsi requirant et aliquid scire se gaudeant? ut aliis narrare gestiant?<sup>31</sup> ut pompā,<sup>32</sup> ludis atque eiusmodi spectaculis teneantur ob eamque rem vel famem et sitim perferant? Quid vero? qui ingenuis studiis atque artibus delectantur, nonne videmus eos nec valetudinis nec rei familiaris habere<sup>33</sup> rationem?<sup>33</sup> omniaque perpeti, ipsā cognitione et scientiā captos? et cum maximis curis et laboribus compensare eam, quam ex discendo capiant, voluptatem». «Mandatisne<sup>34</sup> scriptis,<sup>34</sup> quae dixi?» Cicero

in dietando digitis interdum concitatus<sup>35</sup> concrepat,<sup>35</sup> crebro commutat status oculosque errantes modo huc-illuc circumfert, modo attollit ad cameram<sup>36</sup> acsi inde illuminationem<sup>37</sup> expectet. Maestum lumen coruscate in oculis eius glaucis,<sup>38</sup> gravissimo animi dolore affectus et vehementer defessus esse videtur. Quin etiam publico<sup>39</sup> hodie mane abstinuit,<sup>39</sup> quia omnia circum undique milites Caesaris tenent, a quibus animus eius abhorrebat. «Mihi quidem Homerus — perrexit<sup>40</sup> dictare — huiusmodi<sup>41</sup> quiddam<sup>41</sup> vidisse videtur in iis, quae de Sirenum cantibus finxerit. Neque enim vocum suavitate videntur aut novitate quadam cantandi revocare eos solitae, qui praetervehebantur, sed quia multa se scire profitebantur, ut homines ad earum saxa dis- cendi cupiditate adhaerescerent.»

Vix ea fatus erat, cum repente aperitur ianua. «Salvere te iubeo, Domine», dixit tabellarius intrans. Et tu salve, respondit Cicero.

Omnia, quae iussisti, attuli, dixit tabellarius simulque sarcinam deposuit.

Nubila frons Ciceronis explicatur et ex oculis repentinus gaudii fulgor emicuit, dum litteras ab argentario re<sup>42</sup> et ratione<sup>42</sup> secum coniuncto missas legebat: labefactam nuper in foro fidem rationes- que<sup>43</sup> pecuniarum<sup>43</sup> iterum in integrum esse restitutas, usuram adeo levatam, ut pecuniae mutuae<sup>44</sup> sine ulla difficultate solvi resque familiares, quin<sup>45</sup> aliquid venderetur, componi posse. Laetam tamen animi affectionem necopinatus dolor excepit,<sup>46</sup> cum epistulam a Tullia, carissima filia, acceptam resignaret,<sup>47</sup> quam alienis digitis scriptam tremulā voce legebat: Tulliolam gravissimo morbo correptam lecto teneri, valetudinem in dies ingravescere, febrim increscere. «Dii invident filiulae, deliciis meis, — acclamavit Cicero perlectis litteris; — timeo, ne vita adimatur!»

Inter tabulas a tabellario allatas fuit quaedam epistula, quā animus eius constrictatus novis affectibus est sensibus. Iuvenis quidam in Ciceronem bene<sup>48</sup> animatus<sup>48</sup> scripsit inter alia: se summam cepisse voluptatem ex orationibus in Catilinam ha-

<sup>28</sup> vmibe beletemetkezni = sich vergraben = se plonger <sup>29</sup> rendezni = ordnen = mettre en ordre <sup>30</sup> a nélkül, hogy vmi haszon kecsegtetné = ohne von einem materiellen Nutzen angelockt zu sein = sans être alléché par l'espoir du gain <sup>31</sup> hevesen kíván = heftig begehren = désirer avec véhémence <sup>32</sup> ünnepélyes fölvonulás = feierlicher Aufzug = cortège solennel <sup>33</sup> tekintettel lenni vmire = etw. berücksichtigen = avoir égard à <sup>34</sup> leír = schreiben = écrire <sup>35</sup> idegesen pattint = nervös schnalzen = claquer nerveusement des doigts <sup>36</sup> boltozatos mennyezet = die gewölbte Decke = voûte <sup>37</sup> felvilágosítás = Aufklärung = lumière <sup>38</sup> szürke = grau = glauque <sup>39</sup> nem volt házon kívül = er war nicht ausser Haus = il n'était pas sorti <sup>40</sup> folytatni = fortsetzen = continuer <sup>41</sup> vmi ilyesféle = so etwas = quelque chose de semblable <sup>42</sup> üzleti ügyek = Geschäftsangelegenheiten = les affaires <sup>43</sup> pénzügyi viszonyok = Geldangelegenheiten = la situation financière <sup>44</sup> kölcsönvett = geborgt = emprunté <sup>45</sup> anélkül, hogy = ohne zu = sans. <sup>46</sup> felváltani = unmittelbar folgen = succéder <sup>47</sup> a pecsétet feltörni = entsiegeln = décacheter <sup>48</sup> jó érzellemmel viseltetik = gut gesinnt = bien disposé

bitis, quae in circulo sodalium toties declamarentur, ut omnes iam memoriter scirent. Se in magna spe esse eum brevi rediturum Romam, ubi optimus quisque summo cum gaudio eum exciperet. Ex ore permoti sensu<sup>49</sup> litterarum suā sponte excidunt verba sedecim annis ante in senatu tanto impetu<sup>50</sup> intonata: «Quousque tandem abutere Catilina...» Et recordatio sui consulatūs rerum tam magni momenti pleni avertit paulisper cogitationes tristes ab filiola aegerrima. Tabellarius Romā et viginti exempla attulit librorum Ciceronis, qui «De republica» inscribuntur. Cicero exemplaria eleganter exscripta<sup>51</sup> inter manus versabat et «Quomodo transiisti, — interrogat tabellarium, — custodias militum?»

In castris milites me totum excutiebant,<sup>52</sup> sed nihil ademerunt mihi. M. Antonius scripta veloci oculo percurra, quae in cachinnos<sup>53</sup> effusus «libellos ineptiarum» dixit, per agrum passim dispersit, unde ipse diligenter colligebam.

«Abi ientatum!»<sup>54</sup> Tabellario remoto Cicero iterum dictare coepit: «Quem ardorem studii censetis fuisse in Archimede, qui dum in pulvere quaedam describit attentius, ne patriam quidem captam esse senserit? Quo studio Aristophanem putamus aetatem in litteris duxisse? Quid de Pythagora? Quid de Platone aut Democrito loquar, a quibus propter discendi cupiditatem videmus ultimas terras esse peragratas? Quae qui non vident, nihil unquam magnā cognitione dignum amaverunt. Quid? quod multi cum in potestate essent hostium aut tyrannorum, multi in custodia, multi in exilio dolorem suum doctrinae studiis levaverunt.»

*Continuabitur.*

<sup>49</sup> tartalom = Inhalt = contenu, teneur <sup>50</sup> lendület = (rednerischer) Schwung = élan <sup>51</sup> letisztáztott = Reinschrift = mis au net <sup>52</sup> megmotoz = durchsuchen = fouiller <sup>53</sup> hangos kacajjal = mit schallendem Gelächter = riant aux éclats <sup>54</sup> reggelizni = frühstücken = déjeuner

## Campi Hortobágyenses.

*Ioannes Jeney dr. Sch. P. Debrecinensis.*

Memoratu digna urbis Debrecini clarissima est late patens solitudo:<sup>1</sup> Hortobágy, cuius qui aliquando intueri potuit, nunquam post in vita sua obliviscitur. Tota est planities,<sup>2</sup> tamquam si runcinata<sup>3</sup> sit; collis nec in propinquo nec in longinquo invenitur: ubique locorum immensa loca campestria videntur. Profecto quasi mare est e terra, quod a fluvio Hortobágy nomen accepit.

In campis Hortobágyensibus circa triginta milia omnis generis pecudum quotannis pascuntur: equi, boves, oves et sues. Animalia innumerabilia in pascuis arenosis<sup>4</sup> apparate<sup>5</sup> vitam sustentant, dum satis pluit, sed cum caelum<sup>6</sup> siccum<sup>6</sup> advenit, gramina omnino percoquantur et pecudes domum agi necesse est, namque inediā moriuntur. Tum vero campi Hortobágyenses — mehercule — loca deserta,<sup>7</sup> fiunt, ut exemplo utar Sahara in Africa. Tali tempore etiam anseres<sup>8</sup> cinerei,<sup>8</sup> parrae<sup>9</sup>, ardeae,<sup>10</sup> anas boschas,<sup>11</sup> etc. feliciorem patriam deligunt. Superficies<sup>12</sup> terrae in magna aquarum penuria rimas agit et pulvis vento sicco calidogue commixtus etiam puteos<sup>13</sup> obturat.<sup>14</sup>

Vita pastorum Hortobágyensium sane apta est ad alliciendos hominum animos. Pastores autem varii sunt: armentarii,<sup>15</sup> equarii,<sup>16</sup> subulci<sup>17</sup> et opiliones.<sup>18</sup> Nobilissimi sunt duo superiores, quibus socii sues, ovesque custodientes quodam modo despiciuntur sunt. At omnes pastores filii sinceri naturae sunt. Homines laboribus durati, corpore et staturā grandi, qui vitam laboriosam paene in solitudine degunt. Corpore et animo quasi ad solitudinem adhaerescunt. Atqui ii notitiam locorum omnium abditorum Hortobágyen-



Opilio oves custodiens


<sup>1</sup> puszta = Heide = steppe, prairie <sup>2</sup> síkság = Ebene = plaine <sup>3</sup> gyalult = gehobelt = raboté <sup>4</sup> homokos = sandig = sablonneux <sup>5</sup> pompásan = prächtig = très bien <sup>6</sup> szárazság = trockenes Wetter = sécheresse <sup>7</sup> sivatag = Wüste = désert <sup>8</sup> vadlúd = Wildgans = oie sauvage <sup>9</sup> bibic = Kiebitz = vanneau <sup>10</sup> gém = Reiher = héron <sup>11</sup> vadkacsa = Wildente = macreuse <sup>12</sup> felszín = Oberfläche = surface <sup>13</sup> kút = Brunnen = puits <sup>14</sup> betemet = verstopfen = combler <sup>15</sup> gulyás = Kuhhirt = vacher <sup>16</sup> csikós = Pferdehirt = gardeur de haras <sup>17</sup> kondás = Schweinehirt = porcher <sup>18</sup> juhász = Schäfer = berger

sium tantam habent, quae vere mirabilis sit. Et in caelo nebuloso accurate situm loci circumspiciunt, nocte cursus stellarum vel crepitu clangoreque alarum anserum cinereorum passim excitantium. Quodam loco vestigia pecudum, alio loco genus soli viam eis monstrant. Recte noverunt cursus nubium ventorumque et ex illis item ex moribus animalium de tempestate certiores fiunt.

Armentarius, at praecipue equarius in equitatione mirifice exercitatus est. Memoria autem horum pastorum directe admirabilis est. Quamquam unusquisque aliquot centum pecudum pascit, verum tamen ad unum omnes «de facie»<sup>19</sup> novit. In custodia adiutor fidelis est imprimis subulci et opilionis canis<sup>20</sup> pecuarius<sup>20</sup> grandi statura et albi pili e canis familiaris «puli».<sup>21</sup>

Finis segnetur.

<sup>19</sup> személyesen = persönlich = en personne <sup>20</sup> komondor = Schäferhund = chien de berger hongrois <sup>21</sup> puli = Pudelhund = petit chien de berger hongrois




Hispania septentrionalis urbe maritimā Gijone captā iam tota in potestate nationalistarum est, quibus ius bellandi iam Britanni quoque concedendum<sup>1</sup> esse putant, quo facilior mercium exportatio atque importatio mutua<sup>2</sup> sit.

In Palaestina rebellio Arabum totam provinciam sibi vindicantium<sup>3</sup> in dies magis magisque accenditur. Iudaei, quin etiam magistratus Britannici sclopetulo,<sup>4</sup> pyrobolo<sup>5</sup> armisque omnium generum ab Arabibus petuntur,<sup>6</sup> qui summā vi impedire conantur, quominus Palaestina in tres partes dividatur. Etiam olei<sup>7</sup> ductus<sup>7</sup> Britannorum Iraciensis saepius perforando corruptus est, qua de causa ius<sup>8</sup> belli<sup>8</sup> a Britannis in Palaestina pronuntiatum est.

Japonenses Sinenses ubique urgentes iam Murum quoque Sinensem transierunt, quo 200 annos Sinenses imbelles contra impetū Mongolorum defendebantur. Acer durusque Iaponensium populus — sicut acta diurna<sup>9</sup> (United Press) nuntiant — carmina mollia<sup>10</sup> omittit neque alia nisi militaria cantare iubentur. Forsitan duces Iaponensium leges Platonis sequi volunt?

Germani sicut promiserant, nunc palam<sup>11</sup> et publice declaraverunt se nihil contra Belgas facturos esse, nisi ii ipsi Germanis insidias parare inceperint. Quae cum ita sint, omnes consentiunt periculum belli non adesse.

Episcopus Transilvaniae Gustavus Carolus e comitibus Majláth, pater pauperum et miserorum clementissimus, quinquagesimo primitiarum<sup>12</sup> anniversario in sanatorio Crucis Rubrae Budapestinensi



aegrotans accepit gratulationes amicorum cultorumque<sup>13</sup> innumerabilium. Ad multos annos!

Turris monumento nautico ornata in aditu<sup>14</sup> novi pontis<sup>14</sup> Horthyani (cuius imaginem vide pag. 22) hisce diebus praesentibus multis Austriacis detecta<sup>15</sup> est. Inscriptiones latinae: «Non omnis moriar» et «Vivere militare est» urbi et orbi gloriam classis monarchiae Austriaco-Hungaricae, cuius praefectus in bello mundano gubernator noster erat, nuntiant.

<sup>1</sup> elismerni = anerkennen = concéder <sup>2</sup> kölcsönös = gegenseitig = mutuel <sup>3</sup> követelni = fordern = exiger <sup>4</sup> pisztoly = Revolver = pistolet <sup>5</sup> bomba = Bombe = bombe <sup>6</sup> mérnyeletet elkövetni = ein Attentat verüben = commettre un attentat <sup>7</sup> (kő)olajvezeték = Ölleitung = conduits à pétrole <sup>8</sup> statárium = Standrecht = loi martiale <sup>9</sup> hírlap = Zeitung = journal <sup>10</sup> érzélgős = sentimental = sentimental <sup>11</sup> nyíltan = offen = franchement <sup>12</sup> első mise = Primiz = première messe <sup>13</sup> tisztelő = Verehrer = adorateur <sup>14</sup> hídfő = Brückenkopf = tête de pont <sup>15</sup> leleplezni = enthüllen = inaugurer

## Varia.

1. Cetus<sup>1</sup> manu captus. Tauruni<sup>2</sup> acta diurna scribunt: In insula parva Dalmatica piscator post longum luctamen manu cepit cetum magnum e mari et ad litus traxit. Cetus enim 2.60 metra longus itinere deerrans in sinum vadusum venit. Ibi invenit eum piscator et fuscinā<sup>3</sup> arreptā cetum in litus

<sup>1</sup> cápa = Haifisch = requin <sup>2</sup> Belgrad <sup>3</sup> három ágú villa v. szigony = Dreizack = trident

trahere voluit. Quod cum ei non succederet, in mare insiluit, unde multo labore cetum in litus traxit. In litore securi eum enecavit. In corpore ceti 47 fetus<sup>4</sup> invenit. Piscator fortis a re publica praemium pulchrum tulit.

2. Est nunc Neapoli caupona,<sup>5</sup> ubi nil nisi passeris cenantibus apponuntur. Caupo quidam instituit saginarium<sup>6</sup> passerum,<sup>6</sup> ubi hae aves saginarentur. Carnem passerum coquus variis modis coquere potest. Sed tantum ii vescuntur hoc cibo, qui non fastidiunt<sup>7</sup> carnem passeris. Ab his etiam 15—20 passeris consumuntur, donec satientur. Neapolitani favent huic cauponae insolitae.

3. In ultima exercitatione<sup>8</sup> classium Japonicarum Cana, insula quaedam inculta, inter insulas Riu-Kiu sita, orbis<sup>9</sup> ad ictus<sup>9</sup> tormentorum<sup>10</sup> bellicorum<sup>10</sup> navium proposita est. Tormenta bellica perfectissime functa sunt, nam Cana pyrobolis<sup>11</sup> tres horas quassata tota disparuit.

Elisabetha Fikár, disc. gymn. puellariem. Kaposvariensis.

<sup>4</sup> kicsiny = Junge = petit    <sup>5</sup> vendéglő = Gasthaus = restaurant    <sup>6</sup> verébfarm = Spatzenmasthanstalt = élevage de moinaux    <sup>7</sup> fitymálni = geringschätzen = mépriser    <sup>8</sup> hadgyakorlat = Manöver = manoeuvre    <sup>9</sup> céltábla = Schießscheibe = cible    <sup>10</sup> ágyú = Kanone = canon    <sup>11</sup> bomba = Bombe = bombe

## Ad Hungariam.

Scriptis Emmanuel Pop Dimitrov, poeta Bulgarus.  
Ex translatione Hungarica (Boikliev Dimo) Latine expressit  
I Guelmino Budapestinensis.

Salve Hungaria! Per mundum nimbi portant  
tonitrua longa nomen tuum et de te flent aerae,  
quia tu, cor Europae senescentis,  
e vulnere tormentorum<sup>1</sup> purpureo laboras<sup>2</sup>  
dure excruciatum.

Me vocant catenae communes tecum, gloriosumque  
antiquum et sanguis avorum idem, [tempus  
tenebrae praesentes, bella hesterna et servitus hodierna,  
fatumque triste, quo victrices nostrae ceciderunt turmae,  
ut te salutem.

Humum camporum tuorum nocte nigriorem novi,  
qui totiens rotam<sup>3</sup> cingarorum<sup>3</sup> rotavi<sup>3</sup> ibi in calore  
[aestivi solis,  
et quasi divino spiritu tactus apposui aures meas  
glebis<sup>4</sup> terrae tuae, ut exaudirem  
palpitare cor tuum.

Tunc et ideo amor aeternus factus est inter nos  
Magna<sup>5</sup> Domina,<sup>5</sup> consanguinea nobis. Video coronam  
fulgere tuam, in fulgore pallido veteris gloriae  
video te semper, venustissima, quae eras domina  
Histri<sup>6</sup> albi coronata.

Quando in harundinetis<sup>7</sup> tuis vagus reptat<sup>8</sup> ventus  
memoriā praeteritorum onustus, aut scolopacium<sup>9</sup>  
[tardorum<sup>10</sup>

lamentatur in aura fletus, vel boves cornibus curvatis,  
vaporem rudentes trahunt iuga sua, in nebulis vesper-  
ibi sum et ego. [tinis

Dic mihi: curruntne in planitie infinita tua  
adhuc equi celeres, ut cervi graciles, laeti, anhelantes?

Pascunturne passim herbis camporum tuorum greges?  
Susurratne triticum artum<sup>11</sup> et secale<sup>12</sup> sitiens fla-  
manetne pluviam? [granter

Tremuntne segetes flavicomae, iam-iam maturae,  
si tempestas inter tonitrua expedit<sup>13</sup> vexillum suum?  
Et deserta tua geruntne adhuc galerum<sup>14</sup> glaucum,  
si crepusculum inobservatum de coelo demittitur illis,  
sideribus ornatum?

En, in gloria venit September centum colorum,  
splendent prata et autumnus calceos aureos  
pendit ex fronde multi coloris arborum super vos,  
ut ex cornu ubertatis suae compleat sinus vestros  
benedictus Deus.

Hieme campanae orare vocant sonantes,  
tollo<sup>15</sup> putei<sup>15</sup> flebiliter gemit in gelu et  
somnia torpefactus<sup>16</sup> latitat in fruticetis<sup>17</sup> nudis,  
luna algens meat per coelum et ex fenestris parvis  
exsonat cantus. [templorum

Ver tuum, ut puer gratus, ventos plenā flat buccā,<sup>18</sup>  
et flores spargens quatit stramenta<sup>19</sup> casarum,  
dum exundatio amnium magnorum lutosa<sup>20</sup>  
recipit imaginem nubium velivolarum  
teptenti in coelo.

Et cum incipit aestas media sancta tua et urens  
radiat die festo messis, beato de arcu coelorum, crocea,  
n campo tritici undanti inter vexilla templorum gloriosa  
procedo et ego.

Vespera in umbra puellae ambulans ridentem inter se,  
et in cauponis saltus [tsardas]<sup>21</sup> saltatur,  
quem ad rhythmum fidium<sup>22</sup> calcariumque  
fervidus salto et ego.

Fide constanti tenent me omnes filii tui, ergo hodie tibi  
iusiurandum do: si advenerit illud Cras magnum,  
paratum ad decernendum, nos omnes  
circum te erimus, tecum pugnabimus die ultionis  
acie uniti una.

Tu semper libera fuisti inter casas pagorum domusque  
urbium superbas et corda filiorum tuorum  
in pectore tuo aeneo ut cor unicum palpitabant in  
[pugnis,  
si a silvis Bakony usque ad montes Kárpát personuit  
vox tibi cara: libertas.

<sup>1</sup> kín = Qual = tourment, supplice    <sup>2</sup> szenvedni =  
leiden = souffrir    <sup>3</sup> pedibus alternatim insistendo toto  
corpore rotas in aëre efformare: cigánykereket hányini =  
Rad schlagen = faire la roue (gymnastique)    <sup>4</sup> rög =  
Scholle = motte    <sup>5</sup> Sancta Maria Mater Dei    <sup>6</sup> Danubius  
<sup>7</sup> nádas = Rohrgebüsch = roseaux    <sup>8</sup> reptit    <sup>9</sup> szalonna =  
Schneepfe = bécasse    <sup>10</sup> kései = spät kommend = tardif  
<sup>11</sup> sűrű = dicht = épais    <sup>12</sup> rozs = Roggen = seigle    <sup>13</sup> ki-  
bontja = entfalten = déployer    <sup>14</sup> kucsma = Pelz-  
mütze = toque de fourrure    <sup>15</sup> kútgém = Brunnen-  
schwengel = balancier de puits    <sup>16</sup> dermedten = er-  
starrt = engourdi    <sup>17</sup> cserjés = Gesträuch = broussaille  
<sup>18</sup> száj = Backe = bouche    <sup>19</sup> zsupfedél = Strohdach =  
toit de chaume    <sup>20</sup> iszapos = schlammig = limoneux  
<sup>21</sup> magyar tánc = ungarischer Tanz = danse hongroise    <sup>22</sup> he-  
gedű = Geige = violon





*Tui erant maximi: Hunyadi et Stephanus Sanctus,  
Tua erant corda flammae Rákóczi et Kossuth,  
Tuus Petőfi ille, aequae ac hodie noster est Botev,  
cantans ignigenos rhythmos libertatis ut cherubus fortis  
nobis et vobis.*

*Et tamen in cruce pendes! In capite tuo, aequae ac  
patriae meae, corona spinarum.<sup>23</sup> Decora omnia tua  
in manibus latronum. Noli timere! Lente advenit*

*Judicii, quod voce terribili tubarum iustitiam imper-  
sanctam et perennem!*

*A Struma<sup>25</sup> spumigero<sup>24</sup> usque ad undas Maricae<sup>25</sup>*

*manus nostras ut unicum magnam potentemque manum  
porrigimus tibi, populus fraternus Tisciae Histriae,  
vetus, fortissimus inter proelia, tu quoque extende  
et nos complectere fidos!*

<sup>23</sup> tövis = Dorn = épine <sup>24</sup> tajtézkó = schäumend =  
écumeux <sup>25</sup> flumina Bulgariae

## In Nandum praefatio.

*Der Nant. Eine lustige Studentengeschichte vom Reim-  
michl. Verlagsanstalt Tyrolia Innsbruck. 1929. Latine  
reddidit Avenarius presb. S. V. D. Tirschenreutensis.*

Fortasse tibi iam ad aures venit nomen Tyroliae, quod nomen typographiae est et librariae Oenipontanae.<sup>1</sup> Illinc inter alia opera prodeunt lepidissima illa opuscula, quae conscripsit, qui se ipse Reimmichl appellat, sed vero nomine Sebastianus Rieger est. Natus anno 1867, senex est septuagenarius. Quae ille narrat — et magnus est numerus narrationum eius et narratiuncularum et mimorum — tam vere ex natura et ex moribus illorum hominum sunt petita, ut inde a principio usque ad finem teneant<sup>2</sup> et oblectent lectores, non solum populares scriptoris, qui in illis libellis suam vitam paternasque consuetudines vividis coloribus depictas mirantur, sed etiam aliarum gentium homines, qui Tyrolea cognoscentes et Tyrolea cum paternis institutis domesticis-

que moribus comparantes Tyroleos adamare incipiunt.

Ne tamen totas paginas absumat praefatio: deliberanti, quam ego rem recte darem in Iuventutem, oblatus est illius auctoris libellus, quem is Nant inscripsit. Nomen Ferdinandi illi homines Nant faciunt, quos ego imitatus Nandum dicam puerum Tyroleum, cuius illo libro studia litteraria describuntur, quo ex libro bonā veniā auctorum ego pauca Latine reddita Iuventutis lectoribus afferenda duxi. Quae si languidiora<sup>3</sup> videbuntur, quam quae Reimichliano filo<sup>4</sup> narrentur, meae id tribuito imbecillitati, et fuerim auctor, ut quicumque Germanicam linguam intelligant, archetypum<sup>5</sup> emant.

Itaque in medias ut veniamus res, Nandus pusio<sup>6</sup> fuit quinque palmos<sup>7</sup> longus, duo palmos latus, crassitudine similis cani aquatico; corpus nitebat valetudine, buccae rubebant ut mālā, in capite stabat pernigra quaedam crinalis silva, ex media facie picei fulgebant oculi. Hydrargyro<sup>8</sup> similis in paterna domo inquietudo erat horologiiarii ordinis. Neque enim sedere diu aut stare poterat; ne mensae quidem assidens advolante<sup>9</sup> ori magnis itineribus cochleari desinebat agitare sub scamno pedes. Quin etiam somni tempore huc illuc volutabatur, et non semel factum est, ut mănē pedes eius iacērent in cervicali, caput Nandi ad pedem lecti iacēret. Unamquamque insectabatur avem, unumquemque sciurum.<sup>10</sup> Altissimae arbores nodosissimique rami conscendebantur, sordidissimae ab eo turbabantur lacunae.<sup>11</sup> Quid ergo

<sup>1</sup> Innsbruck <sup>2</sup> lebilincselni = fesseln = captiver  
<sup>3</sup> nem nagyon érdekes = nicht so interessant = pas trop intéressant <sup>4</sup> (fonal) előadásmód = (Faden) Stil = (fil =) style, manière <sup>5</sup> az eredeti mű = Original = original <sup>6</sup> fiúcska = Bübl = petit garçon <sup>7</sup> tenyer = Spanne = le palme <sup>8</sup> higany = Quecksilber = mercure <sup>9</sup> abl. abs.: mialatt... = während... = pendant que <sup>10</sup> mókus = Eichkätzchen = écureuil <sup>11</sup> tócsa = Lache = flaque




Jaffa urbs Iudaeorum (pag. 39).



Nablus, quam urbem Arabum fieri Angli volunt.

mirum, quod novae braciae<sup>12</sup> etiam ex digitali<sup>13</sup> lodice<sup>14</sup> agrestium factae primis hebdomadis<sup>15</sup> mittebant<sup>16</sup> fila<sup>16</sup>, secundis hebdomadis ita adornata erant, ita fatiscabant,<sup>17</sup> ut mater assuendo orbiculos et fibulas vix aequaret<sup>18</sup> filiolum? Quid mirum, quod vestimenta festorum dierum, quamvis essent nivea, paucis horis sic erant, ut si Nandus per omnia domorum vicinarum fumaria<sup>19</sup> repsisset. Multas etiam res, quae steterant incolumes, Nandus corrumpit et demolitus est. Itaque pater aequo saepius nactus occasionem est avellanaria<sup>20</sup> ulnā<sup>20</sup> optimaē spei prolis emetiri dorsum, neque solebat in metiendo esse brevior.



Monumentum nauticum (pag. 39).

Unius tamen vitii Nandus patrem habebat fautorem: nam facile patiebatur filiolum suum cum aliis luctari et digladiari.<sup>21</sup> Quoties Nandum vel suffecto<sup>22</sup> altero oculo sanguine<sup>22</sup> conspexerat vel deformem bulboso capite, hic fere sermo nascebatur: «Num quā tibi, puer, pugna pugnanda fuit?»

— Rem tenes.

— Tunc abisti superior an ille?

— Ego scilicet.—Tum pater ridebat, ut paene rumpi videretur, et quo pluribus verbis mater obiurgabat, eo magis pater ridebat et: ad pugnandum et ad contendendum puer noster erit olim acriculus.<sup>23</sup> Sed mater secum tacita: Et tamen Nandus praestantioris certe notae<sup>24</sup> aliquid futurus est. Quae eius sententia confirmata est scholari examine, in quo Nandus bene responderat et quo etiam factum est, ut ad studia se conferret litterarum. (Continuabitur.)

<sup>12</sup> nadrág = Hosen = culotte <sup>13</sup> ujjnyi vastagságú = fingerdick = d'un doigt d'épaisseur <sup>14</sup> daróc = Loden = loden <sup>15</sup> hét = Woche = semaine <sup>16</sup> kirojtosodni = Fäden lassen = s'effiloche <sup>17</sup> szétmállani = auseinander gehen = se défaire <sup>18</sup> utólrni = folgen = rattraper <sup>19</sup> kémény = Rauchfang = cheminée <sup>20</sup> mogyoró-fából való öles mérővessző = Elle aus Haselholz = aune en bois de coudrier <sup>21</sup> verekedni = balgen, raufen = se battre <sup>22</sup> véraláfutás = mit einem blauen Auge = suffusion sanguine <sup>23</sup> afféle kis hörcsög = kleiner Hitzkopf = une petite tête chaude <sup>24</sup> minőség = Sorte = qualité, sorte

### Quinque fures.

Scriptis *Josephus Irsik* Budapestinus.

*Consortes forte facti ad raptum rustici  
Hi quinque: surdus, caecus, calvus, loripes<sup>1</sup>  
Et mutus, qui tum noctis sub caligine  
In agro destinato convenere clam.*

*Sed napos<sup>2</sup> ut coepissent hic evellere,  
Invasit metus haud furtificus<sup>3</sup> eos:  
«Cavete, — surdus sic — aliquid audio.»  
Tum caecus: «Aliquos huc properare video.»  
Mox calvus: «Horrent mi capilli: sentio  
Huiusmodi periculi quid<sup>5</sup> et<sup>6</sup> ego.»  
«Hoc furtum, fratres — inquit mutus anxius —  
Ut omittamus, vos quidem praemonui.»  
«Hei! fugam capiamus!» — claudus incitat.*

*Quid ultra? Rides his de absurditatibus?  
Atqui de facto, amice, sic se res habet!  
En, audit surdi, nec<sup>7</sup> non<sup>7</sup> caeci iam videt,  
Horrescit calvi, muti quoque loquitur,  
Et loripedis urget claudi currere  
Paulatim experrecta<sup>8</sup> — conscientia!*

<sup>1</sup> löcslábú = schleppfüßsig = bancal <sup>2</sup> karórépa = Steckrübe = navet <sup>3</sup> furibus dignus <sup>4</sup> égnék áll = stehen zu Berge = se dressent <sup>5</sup> aliquid <sup>6</sup> etiam <sup>7</sup> szintén = und auch = de même que <sup>8</sup> felébredni = erwachen = s'éveiller.

### Salse dicta.

1. Prof.: Domine Baczur: quid est theoria? Baczur tacet. Prof. (dum eum adiuvare vult): Reputa<sup>1</sup> practicum et eius contrarium. Baczur: Theoria est — quaedam res in practica.

2. Si mulierem non intelligimus, dicimus mulierem aenigma perpetuum esse; sin autem vir est, cuius verba mente non comprehendimus, dicimus eum «asinum» esse.

3. Homo, qui stultitiam occultare<sup>2</sup> potest, non est stultus. *Lad. Elek* disc. Szeghalomensis.


<sup>1</sup> megfontolni — erwägen = penser <sup>2</sup> eltitkolni = verheimlicher = cocher

*Ad carmen Longfellowianum*

numeri 1. pag. 10 publicatum scribit nobis prof. Fr. Palata: Idem lepidissimum carmen iam antea Latinis versibus expressit R. Shilleto (Greek and Latin Compositions, Cambridge, 1901). Adscribo versus eius, quo facilius poëseos Latinae amatores utramque versionem comparare possint.

*Sic temere intonsam propter<sup>1</sup> recubabat oryzam:  
vix falcem servi dextra tenebat iners.  
Pectus<sup>2</sup> erat nudus latum incomptusque capillus  
subter harenosam semisepultus humum.  
Ecce inter tenebras caligantemque soporem  
visus erat patriam rursus adire domum.  
Visus et in somnis inter sua rura vaganti  
maximus ingentes volvere Nigris<sup>3</sup> aquas,  
supra<sup>4</sup> palmiferos ostendit campus honores,  
per proprias iterum rex spatiatur opes,  
plaustra iterum crepitare novis tinnitibus audit,  
ut de clivoso tramite montis eunt.  
Coniugis ille nigros oculos perlustrat amatae,  
natorum in medio stantis — ut ante — choro.  
Bracchia circumdant collo, dant oscula labris,  
illa patris dextram parvula dextra tenet.  
Tum subito in guttas solvunt se lumina obortas;  
sopiti lacrima subter<sup>4</sup> harena madet.*

<sup>1</sup> apud <sup>2</sup> acc. Graecus <sup>3</sup> flumen <sup>4</sup> adverb.



**RES FEMINEAE.**

**Augustinus Monicae matris laudator.**

Sanctam Monicam autumnno anni 387, abhinc 1550 annis ante, Ostiae, in portu Romano, obiisse<sup>1</sup> a filio in confessionibus pie narratur. «Remeabamus»<sup>2</sup> in Africam. Et cum apud Ostia Tiberina essemus, mater defuncta<sup>1</sup> est. (9, 8) Impendente<sup>3</sup> autem die, quo ex hac vita erat exitura — quem diem tu (Deus) noveras ignorantibus nobis — provenerat, ut ego et ipsa staremus incumbentes ad quamdam fenestram, unde hortus intra domum prospectabatur,<sup>4</sup> illic apud Ostia Tiberina, ubi remoti<sup>5</sup> a turbis, post longi itineris laborem, instaurabamus<sup>6</sup> nos navigationi. Colloquebamur ergo soli valde dulciter et praeterita obliviscentes, in ea, quae ante<sup>7</sup> sunt, extenti,<sup>8</sup> quarebamus inter nos, qualis futura esset futura vita aeterna sanctorum, quam nec oculus vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit. — Ergo die nono aegritudinis suae, quinquagesimo et sexto anno aetatis suae, trigesimo et tertio aetatis meae, anima illa religiosa et pia corpore soluta est. (9, 11) Non cogitavit suum corpus sumptuose contegi<sup>9</sup> aut condiri<sup>10</sup> aromatibus<sup>10</sup>

aut monumentum concupivit aut curavit sepulcrum patrium. Non ista mandavit nobis, sed tantummodo memoriam sui ad altare tuum fieri desideravit. (9, 13) Et inspira,<sup>11</sup> Domine, servis tuis, fratribus meis, quibus et voce et corde et litteris servio, ut quotquot haec legerint, meminerint ad altare tuum Monicae famulae tuae cum Patricio quondam eius coniuge.» (9, 13)

Ary Scheffer pictor matrem pie cum filio colloquentem, Augustinus scriptor matris animam praeclaram nobis pinxit. Quis nostrum hoc anno Augustini matrem non colet?

Dr. theol. Theod. Philips Osnabrugensis.





<sup>1</sup> meghalni = sterben = mourir <sup>2</sup> visszasietni = zurückeilen = retourner à la hâte <sup>3</sup> közeledni = bevorstehen = approcher <sup>4</sup> kilátás nyílik vhová = Aussicht auf etw. haben = la vue s'étend sur <sup>5</sup> félrevonulva = zurückgezogen = retiré <sup>6</sup> erőt gyűjteni = sich erholen = reprendre des forces <sup>7</sup> futura <sup>8</sup> kiterjeszkedni vmire = sich ausbreiten auf etw. = s'étendre sur <sup>9</sup> temetés = Beerdigung = être enterré <sup>10</sup> bebalzsamozás = Einbalsamierung = être embaumé <sup>11</sup> juttasd eszébe = erinnere daran (acc.) = rappeler (qqch. à qqun.)



**Certamina struthocamelorum<sup>1</sup>** quae in regnis meridionalibus iam pridem spectatores amant, nuper etiam in urbe Varsovia a Polonis edita sunt. Struthocameli cisiis<sup>2</sup> duarum rotarum levissimis iuncti tam celeriter cucurrerunt, ut spectatores omnes admiratione<sup>3</sup> afficerentur.<sup>3</sup>

**Ladoumègue** Gallicus, unus e cursoribus totius mundi celerrimis, e numero «amatorum», qui dicun-

<sup>1</sup> strucc = Strauß <sup>2</sup> = autruche <sup>3</sup> cséza = Kabriolett = cabriolet <sup>3</sup> bámulatba ejteni = in Erstaunen setzen = étonner



tur, reiectus (vulgo : disqualifiedus) ut vitam susten-  
tare posset, cursorem<sup>4</sup> se<sup>4</sup> profiteri<sup>4</sup> coactus est et  
in circo vaganti<sup>5</sup> rationem currendi super machinam<sup>6</sup>  
cursoribus<sup>6</sup> exercendis<sup>6</sup> a se inventam demonstrat.

<sup>4</sup> hivatásos futóvá jenni = Professional werden =  
devenir professionnel <sup>5</sup> vándor = Wander = ambulant  
<sup>6</sup> futtatógép = Rennmaschine = appareil pour s'entraîner  
à la course

## LECTORIBUS MAIORIBUS.

MINISTER  
WYZNAŃ RELIGIJNYCH I OŚWIECENIA  
PUBLICZNEGO

Minister cultūs et instructionis publicae Poloniae,  
doctor h. c. Universitatis Regiae Hungaricae Scien-  
tiarum technicarum (vide pag. 12. fasc. I.) hanc  
quae sequitur epistolam ad moderatorem mitti di-  
gnatus est.

Varsoviae 18. X. 1937.

Adalbertus Swietosławski Iosepho Wagnero pro  
fasciculo „Iuventutis" quo in periodico gratissimam  
sibi caerimoniam descriptam invenit atque litteris  
latinis gratias agit et salutem dicit.

*A. Swietoslawski*

## Librorum recensio.

Luigi Cognasso. I. Il Latino per l'uso moderno. Voci e locuzioni. 2 edizione. Societa Editrice Internazionale. Torino 1936. Pag. 168. Pretium L. 5. II. Colloquia Latina. Manuale di conversazione per le Scuole medie. Ibidem. Torino. 1936. Pag. 250. Pretium L. 5.

«Il Latino» est index vocabulorum Italicorum Latine redditorum in usum nostrae aetatis collatus continetque maximam partem vocabula, quibus res, sensus, cogitata, inventa, instituta et consuetudines nostrorum temporum exprimuntur. Ludovicus Cognasso susceptum munus, quantum per

exiguitatem libelli licuerit, summā diligentiam exsecutus est. Ipse fatetur huius generis libros Caroli Dumaine, Georgii Capellani, Friderici Ageno et Iulii Antonibon se consuluisse. Acri, inquam, is diligentiam munus obiit suum, effugere tamen non poterat, ne interdum longiore uteretur circuitu verborum neve oratio incerta atque etiam inconstans et vaga evaderet. Cuius rei duo allata velim exempla: *materialisti* = «qui omnia ex materia procedere putant;» *panteisti* «qui omnia Deum esse affirmant; qui divinam vim in universa rerum natura sitam esse censent». Haec rerum et notionum neutiquam certae, expressae et distincte concisae significationes, verum merae definitiones atque effusae explanationes sunt. Talia Graeca et Latina quamvis

minus Graeca ac Latina sint, retinenda tamen brevitas perspicuitatisque causâ censeo. Germana enim Latinitas non tam in singulis vocabulis, quam in totius orationis conformatione, vigore et colore versatur.

Atque sunt multa et moderna vocabula, quae saepe bifariam trifariamve efferantur, ut: *franco-bollo*: «signum affixum, nota solutae missionis, pittacium, pittacium cursorium, nota cursoria, solutae missionis insigne». Quâ multiplicitate eiusdem vocabuli interpretatione necessario confusi quiddam et lubrici paritur.

Huic tandem ut confusioni ac titubationi finis fieret atque unitas quaedam et consensus crearetur, auctoribus gymnasiî Zalaegerszegensis professoribus, moderator huius ephemeridis amicos et fautores linguae Latinae sollemnibus eucharisticis, quae anno 1938, mense Maio Budapestini celebrantur, in concilium vocandi consilium cepit, quo in concilio de condendo consultaretur modernae Latinitatis thesauro, qui ab omnibus Latine scribentibus loquentibusque ratus atque fixus haberetur.

Ceterum Ludovici Cognasso opusculum certo scio Latine scribentibus magno futurum esse adiumento. Idem Cognasso colloquia Latina et Italica de vitae modernae et cotidianae rebus et actionibus diversissimis composuit. Colloquiis praeposita est vocabulorum, locutionum ad familiam, commercium, mercium emporium, cursum publicum, vim electricam (cur non «electricam?») studiorum ordines, ius, ferriviam et multas alias res pertinentium copiosa supellex, quam insequuntur sermones de familia, conclavi, acroasi, corpore humano, de schola, de via ceterisque rebus, qui ex sententiis simplicibus constant, primos gradus Latine loquendi facientes adimiculaturi. His attextuntur ex Plautinis Terentianisque delibatae loquendi formulae et multa proverbia. Deinde sequuntur maiora colloquia de rebus variis et multiplicibus, quae in vita moderna et cotidiana geruntur et aguntur. Insunt etiam aliquot Erasmi colloquia. Colloquiis passim intertextuntur iocosa.

Si qui haec colloquia diligenter persecuti erunt, non dubito, quin magnam Latine loquendi facultatem consequantur. Huic luculento utilissimoque libro id unum exprobrandum duco, quod verendum est, ne quorundam colloquiorum nimiam prolixitate legentium animis satietas quaedam oboriatur.

**I. A. Moisan**, Soixante-quinze Epigrammes Votives, Funéraires, Descriptives, Comiques de l'Anthologie Palatine et de l'Anthologie de Plinade. Angers. 1934. André Bruel. Pag. 38.

**I. A. Moisan**, Traductions Rhythmiques de Poèmes et Fragments des Grands Poètes Latins. Vergile, Horace, Catulle, Tibulle, Propertius, Ovide. Angers. 1934. Pag. 64.

Moisan, interpres clarissimus carminis Edgari Poe quod inscribitur «Corvus», litterarum imprimis carminum Graecorum et Latinorum studiosissimus, ut amoris et studiorum suorum aliquod ederet exemplum, Anthologiae Graecae 75 epigrammata lepidissima, atque summorum Latinorum poetarum pulcherrima quaedam carmina Francogallicâ linguâ et prosâ rhythmicâ expressit. Interpretatio eius est fida, facilis, volubilis lectu dignissima, qua ut amatores studiorum humanorum ad legendum alliciantur, poetarumque Graecorum et Latinorum poematis Francogallice reditis delectentur, certissima spes est.

*Car. Acs* (Budapestinensis).

**1. Liber miserorum 50. imagines xylographi Belae Gy. Szabó. Claudiopoli, 1935.**

— Auctor unus ex Hungaris Transsilvaniensibus (qui Siculi nominantur) primum studiis technicis operam navavit, ut ingeniarius fieret, postea autem artifex xylographiis sibi nomen et gloriam peperit. In hunc libro latine scripto — uti tituli singulorum capitum indicant (Introductio, Gaudium, Labor, Quies, Tristitia, Finis) — vita miserorum illustratur tantâ artis scientiâ, ut liber a. 1935 praemio librorum pulcherrimorum ab Societate Bibliophilorum Hungaricorum ornatus sit. Imago nostra e capite «Labor» inscripto excerpta est.



**2. I. B. Pighi: De utilitate linguae Latinae.**

Es-tratto dalla Rivista «Il mondo classico» N. 3—4. Maggio-Agosto. a. VII. 1937, XV. Torino. — Causa dialogi scribendi — haec est enim forma dissertationum — ex iis fuit, quae vir clarissimus et illustris praefectus studiorum et artium, cum novas institutionis mediae tabulas ederet, magistros praemonitis voluit, ut discipuli non solum usum scribendae, sed etiam loquendae linguae latinae doceantur. Hoc in dialogo latine scripto magister errorem discipulorum grammaticam detestantium facetâ fabulâ (vide supra pag. 34) demonstrat.

Quid ex fabula discipuli sibi documentum capere possint, sic explicatur: Esca est poësis; argenteus est pecunia, quâ quaevis comparantur: ars videlicet, si faveat Musa; fumus idem fere est, quod sonus; utrumque est aesthetica; qui pane cum fumo vescitur, est grammaticus, si detraxeris argenteorum zonulam; caupo est aestheticus, si zonam addideris.


Utinam etiam aliis in regnis tales essent linguae latinae propugnatores quam plurimi!

## De congressu amicorum latinitatis internationali

(vide fasc. I—II.) *Ant. Hilckmann dr.* haec scripsit :  
die 26. oct. 1937.

Honoratissime Domine,

maxima cum iucunditate legi in periodico tuo «Juventus» consilium doctoris Philips, qui congressum internationalem amicorum novae latinitatis eodem tempore cum Congressu Internationali Eucharistico Budapestini habendum proponit. Felicissimum, maximeque opportunum, quin etiam necessarium mihi videtur tale consilium. Conatus renovandae latinitatis iam in variis mundi nationibus dissimili cum proventu incepti sunt. Coordinatio et communis inspiratio illorum conatuum vere res maximi momenti est; erat enim per tanta saecula lingua latina vin-



Murus Sinensis (pag. 39).

culum unitatis Occidentis; et hoc vinculum, eheu, ruptum est; compensatio nullo modo potuit inveniri. Non alterum fore remedium, quam huius vinculi renovationem facile ad intellegendum omnibus perspicacibus amicis christianae occidentium nationum traditionis videtur.

Etiam me in Congressu Eucharistico Budapestini habendo adfuturum esse maxime spero. Qualis melior erit occasio deliberandi de internationali amicorum novae latinitatis consociatione? (Hic nomina invitandorum proponuntur.)

Faveat Deus Optimus Maximus conatibus tuis. Prospere evenias; noli desperare, etsi difficultates erunt maximae!

Si quid pro te tuaque re potero, rogo te ut mea opera libere utaris, idque gratissimum mihi erit.

Vale et scito me semper ad obsequia tua paratissimum fore

Tui observantissimus  
*Antonius Hilckmann dr.*

Bevergern über Rheine 2 (Westfalen).

Alteram epistolam ab *Ottone Schmied* prof. Vindobonensi accepimus, qui similiter sententiam dicit:


«Ut Tu» etiam egoum iversos Latinitatis fautores omnium finium nationumque puto esse congregandos. Nam quam utilitatem affert, si exempli causa Germani tantum vel viri linguam Germanicam callentes inter se Latinum litterarum commercium habent? Hoc sane ludibrium lepidum est eoque iucundius, cum ex hoc familiarissimum

amici mihi exstiterint; attamen hac ratione finem propositum assequi non possumus. Imprimis diversis linguis loquentes, qui aliter inter se colloqui nequeunt, Latina lingua utantur! Hoc est Societatis constituendae internationalis.

Qua re autem haec studia melius promoveri possunt quam congressu amicorum Latinitatis internationali? Itaque toto animo ad sententiam eorum accedo, qui talem conventum proximo anno Budapestini habendum esse censent. Vix alia urbs dignior videtur quam sedes «Juventutis» et pulcherrimum caput illius regni, ubi lingua Latina multo diutius quam alicubi partes linguae publicae agebat; accedit, quod proximus congressus Eucharisticus Budapestini erit. Nam id ipsum tempus opportunum videtur, non solum, quod hac de causa multi fautores Latinitatis, in quorum numero haud dubie non pauci primores Ecclesiae Catholicae sunt, per se Budapestinum confluent, sed etiam, quod hoc modo varia commoda velut imminuti pretii pro vectura solvendi facilius pari poterunt.

Praecipue vero expetendum est, ut praesides Societatum Latinarum et moderatores ephemeridum Latinarum cuncti huic consilio concilientur; cuius enim est nisi horum propugnatorum rem Latinam provehere et propagare?

Quae cum ita sint, iam moderator quoque putat tempus adesse virorum congressui latino primo instituendo deligendorum, in quos forsitan etiam ipse cooptabitur. Quare lectores maiores iterum rogantur, ut cum quae sibi de congressu latino videantur, tum etiam nomina invitandorum ad moderatorem scribere velint.



## De re aenigmatica. (3)

*Otto Schmied* Vindobonensis.

### Solutiones aenigmatum alterius partis.

9. sus; 10. mus, sum; 11. sed, ere, des! 12. li-  
mes, miles; 13. consularis.

#### II.

Faciliora esse videntur ea aenigmata, in quibus e vocabulo quodam unā litterā sive mutandā sive exstinguendā sive adiciendā vel intericiendā novum fiat quibusque nomen *logogriphus* indi solet.

Hic quinque species consuevi discernere, prout prima littera cum aliena semel vel compluries est commutanda (*logogr. a:* «aras, eras, iras, oras, uras») aut aliqua media (*logogr. b:* «Marus, merus, mirus, morus, murus») aut ultima (*logogr. c:* «vera, vere, veri, vero, veru») aut quartum aliqua propria littera sive prima («caput») sive una e mediis («cor») sive ultima («pes» vel «cauda») abolenda est (*logogr. d:* «eaper, aper») (vel «virago», virgo vel «animal, anima») aut quintum aliqua aliena littera est addenda vel intericienda (*logogr. e:* «anguis, sanguis» vel «pavo, pavor» vel «capra, caprea»).

#### 14. *logogriphus a.*

**e** est vestra avia;  
**r** est parva bestia;  
**l** ab ovibus donatur;  
**v** puella non laudatur;  
**f** sunt aedes superum;  
**s** non vocat medicum.

(vide etiam superioris anni «Iuv.» VII 3, VIII 1)

15. logogriphus b.

-p- hominis est pars mortalis,  
-v- avis nigra et fatalis.

(cf. «Iuv.» superioris anni IX 2; vide etiam ibidem III 21)

16. logogriphus c.

-a per auras volitat,  
-o per campos ululat.

17. logogriphus d.

Ex rapaci bestia,  
Si eripuisti «cor»,  
Saeva exstat altera,  
A qua item terror.

(cf. «Fröhl. Latein» I 121)

18. logogriphus e.

Verbum telum agit,  
Quod quis iecit magna vi,  
Iterumque facit  
Interiecto autem i.

(vide etiam in hoc numero «Iuv.» aen. 21)

Aenigmata «supplendo» solvenda magnam partem nihil aliud sunt ac logogriphi sub alia forma velut hoc :

19. De malis mala d...;  
Effugit mortem n...;  
Movetur navis r...;  
Sed currus pars est t...

Si in eodem vocabulo duae disiectae litterae vel una duobus diversis locis mutandae sunt, exsistit logogriphus duplex («educare, edocere» aut «consensus, contentus»).

20. Ad exitum.

Si opus est perfectum mi,  
Obtingit vox cum -i- et -i-;  
In vitae autem exitu  
Obvenit cum -u- et -u-.

(cf. «Fröhl. Latein» III 1201)

Sin duae vel plures cohaerentes litterae in voce quadam sunt mutandae, nova genera existunt aenigmatum velut «commutatio» («ignis — is + avia = ignavia») aut «abolitio» («studiosus» sine «studio» est «sus») aut «interiectio» vel «conclusio» («contio» + «iura» = «con-iura-tio»).

21. Commutatio.

Hostis ut in hospitem mutetur,  
Id a me nunc vobis demonstratur:  
Huic «inferior pars» desecetur,  
Deinde pes pro illa alligetur!

(cf. «Fröhl. Latein» II. 2181)

22. Abolitio.


Si venationi vultis me  
Interesse, ita agite:  
At, quod ibi stat in medio,  
Abolete et iam venio.

(cf. «Fröhl. Latein» I 781)

23. Interiectio.

Qua re ursis abs te indita  
Universis datur anima?

Hoc loco «amplificatio» quoque inserenda est, cuius exemplum in numero secundo huius anni «Iuventutis» aenigma est. (Continuabitur.)



Solutiones aenigmatum numeri II.

1. sudis, sidus;
2. Dodona, do dona;
3. lac, rima: lacrima;
4. mus, ramus, musca;
5. mane, amor, nota, eram;  
tale, amat, laus, etsi;  
usus, sine, unus, sese.

**Aenigmata recte dissolverunt:** In Hungaria: Paulus Tolnay (*Scholae Piae*), Nicolaus Mayer (gymn. *Archiepisc.*), Olga Kunczer, Eva Lénárt, Susanna Schultheisz (*Veresianum*), Ludovicus Szöllössy, Lad. Szabó (gymn. *IPEA*), sorores Büchler, Stephania Vermes (*Theresianum*), Joannes Wolkóber (*Madachianum*), Martha Kovács, Maria Harcz, Maria Krivoss, Maria Dobbelfhof, Agnes Szakonyi, classis VII. (*Sophianum*) *Budapestinenses*. — Emericus Téglás, Carolus Bittner *Strigonienses* (gymn. O. S. B.), Tib. Balázs, Alexius Csiszér, Geysa Földes, Julius Schillinger, Josephus Kovacsik, Zoltat nus Kovács, Ladislaus Garbaisz, Adalbertus Huszár, Irene et Helena Kirimi, Ladislaus Przebislavsky, Joannes Radványi, Julius Turányi, Stephanus Székely *Matthiaepolitani*. Lad. Javorik, Gab. László, Jos. Kaptay, And. Uskert *Tatani*, Elem. Lovrecz, Jos. Schuster, classis II. B) gymn. r. cath. *Miskolciensis*.

In Austria: Thea Schmied, Joannes Hickmann, Rob. Haenflin, Car. Bernard et Guilelmus Fieber dr. *Vindobonenses*. In Germania: Car. Fleisch dr.

**Praemiu msorte Mariae Krivoss, Roberto Haenflin, Nicolo Mayer, sororibus Kirimi, Josepho Kaptay, Emerico Téglás obvenit.**

1. In iudicio.

Iudex ad cingari filiam: «Quot annos nata es?»  
Cingari filia: «Id nescio, sed tribus annis ante mea avia haec mihi dixit: Pater tuus ter tot annorum est quot tu, mater tua quinque annis minor natu est quam pater, ego autem triginta annis maior sum quam mater tua; nos universi ducentos annos explemus».

Quot igitur annos nata fuit cingari filia tum, cum a iudice interrogata est?

Alexius Czuppon, Miskolciensis.

2. *CruX magica.\**

	1	2	3	4	5	
1						A A A A E
2						I M M M M
3						O P P R R
4						R R R R S
5						T U U U U

1. Ad quartum casum praepositio.
2. Sic duplex incipit rogatio.
3. Est nomen classis infimae.
4. Pro «fama» potes dicere.
5. Hoc autem pro «diligere».

*Petrus Friedlaender*, disc. gymn. Acad. Vindobonensis

3. *Ex syllabis.*

a, cle, cus, ec, fu, ga, i, in, men, nu, per, re, se, si, ti, trun, um.

*Hae syllabae septendecim a te  
Ad voces componantur propere  
Ac primas, quartas litteras  
A summo tum ad imum colligas!  
Et sic proverbium ostendet se.*

1. «In fugam vertere» significat.
2. In urbe ut in vico stat.
3. Ex quo frumentum nascitur.
4. In arbore conspicitur.
5. Hoc fini est contrarium.
6. Est temporis adverbium.

*Thea Schmied*, stud. phil. Vindobonensis.

4. *Sententia*

(ad saltum equunlei).

C	m	c	ef	p
ae	t.	u	o	s
i	a	fi	i	s
ci	c	i	e	h
t	n	s	o	d

*Ladislav Iavorik*, disc. Tatanus.

\* Stellula apposita indicatur aenigma a censore aenigmatico in versus redactum esse.

5. *Logogriphus.*

Clarus eram vates, cantus dulcedine notus.  
Praefice litterulam! Somnia nocte fero.  
*Fr. Palata*, Moravus.

**Terminus solutionum ad moderatorem mittendarum dies 6 mensis Decembris.**

Solutiones aenigmatum sumptibus comparcendi causā singulis in scholis a magistro collectae in eodem involucro epistolae ad moderatorem mitti possunt.

**Lectores ad lectores.**

*Dick Sinnige* discipulus supremae classis Lycei Alcmariensis, qui linguam Graecam quoque discit, commercium epistolare habere optat cum iuvene paris aetatis Hungarico aut Austriaco. Domicilium: Hoogzijde E 108, Schagen, Batavia (Holland).



*Corrigenda numeri 2. (Oct.)*, pag. 25: pro «sepelitus» lege: sepultus; pag. 27: «peritissimus» adde: «tachygraphorum»; pag. 30: pro: «hominos» lege: homines; pro: ante «oculus» lege: oculos.

Moderator humillime rogat socios laboris, ne irascantur, quod scripta non statim edantur. Item dolendum est, quod moderator, qui non habet secretarium, ipse non potest statim tot litteris respondere. «Ut desint vires, tamen est laudanda voluntas.» — *Aurelia Csató*. Noli Pegaso uti! Musa pedestris multo tutior est. Materiam latine reddendam proxime tibi mittam. Professorem tuum, Ladislaum Törös saluta meis verbis! — De periodicis latinis mense Dec. locuturi sumus. — *Em. Szántó*. Non omnibus iocis uti potui. Alia meliora tibi mittam vertenda. — *I. Guelmino*, prof. *Bellissima*, *I. Jeney*, *S. Christiana*, *H. Koehler*, *I. Jiménez*. Gratias vobis, carissimi, debens quam maxime, mox privatas litteras ad vos dabo. — *D. Sinnige*. Euge, mi fili! Sic itur ad astra. «Lingua triumphans» publicabitur. — *I. Wolkóber*. Solutiones Idibus Oct. accepi, cum iam numerus 2. prelum reliquit. — *M. Ichnowski*: Novos lectores salutamus rogamusque, ut occasione data epistolam latinam in «Iuventute» edendam scribant.

**Sumptibus Societatis Magistrorum Intermedi-scholarium Catholicorum. — A Katholikus Középkolai Tanáregyesület költségén.**

(Praeses: DR. IOANNES KISPARTI, elnök.)